

gloss. rubr. part. 13. num. 24. Hoc intelligi debet, nisi usuras restituuisse probetur. Tusch. d. concl. 342. num. 106. Clar. ubi proxime.

Vers. Decimò quarvis manifestus.

84 Usurarius qui servatā formā condidit ultimum elogium, si postea in crimen ipsum, etiam occulēt incidenter, intestatus decedet. Molin. num. 15. Tusch. num. 31. Spin. ubi proxime. Addit. Molina quod si bona fide, & animo solvendi caverit, testamentum subsisteret saltem in foro conscientiae.

Vers. Undecimò si quis.

85 Qui usurarum labē non maculatus testamentum jure conficit, si deinceps usurarius manifestus efficiatur, illud irritum redditur, nisi legitimē ante mortem caverit. Tusch. num. 35. Molin. num. 16. Spin. sup. n. 253. capacitas enim in testatore, ut valeat testamentum, nedum desideratur tempore qui conditū, sed etiam mortis conditoris defuncti, quā illud confirmatur, cap. Cum Mart. 6. §. Si tunc, de celebrat. Missar. Richard. in rubr. num. 6. Instit. de testam. ordin. Ideo testamentū rite confectū, fit irritum quoties sub mortis tempus, aut antea supervenit incapacitas, seu impedimentum juris, l. Si quis filio 6. §. Irritum, ff. de iust. rupt. §. Alio quoque modo, Instit. quib. mod. testam. infirm. l. 18. tit. I. part. 6. Sic contingit ei, qui post confectū jure testamentum in usuram labitur notoriè pravitatem.

Vers. Duodecimò hoc in tractatu.

86 Testamentum usurarii manifesti, eti jure ipso sit nullum, tamen convalescit si postea idonee restituendis usuris caveatur. Tusch. n. 50. Molin. num. 14. Surd. de alimento. tit. 7. q. 4. n. 20. Cevall. d. q. 11. num. 3. Gratian. discept. cap. 79. num. 13. Barbosa sup. num. 11. Spin. num. 32. Clar. num. 3. Villalob. num. 116. Cautionem ipse testator praestare debet, nec proderit ad hunc effectum, quod hæres, aut aliis post obitum usurarii usuras solvat, aut idonee caveat, erit tamen utile, ne illi Ecclesiastica sepultura denegetur. Tusch. n. 50. & 53. Cevall. & Spin. ubi proxime, Barbosa collect. Clem. I. n. 6. de sepult.

Sed si usurarius morte præventus non posset pignora, vel fidejussiones dare, sat erit procuratorem, ut caveat, relinquere, & cautione praefixa, testamentum subsistat. Tusch. n. 52. Spin. sup. Cevall. n. 4. Gratian. n. 14.

Vers. Decimotertio adnotandum.

88 Usurarius manifestus eti piam causam hæredem instituat, aut ei quid relinquat, ejus tamen dispositio non valet, nisi data cauzione, juxta dictum caput *Quanquam*, Menchac. de success. lib. I. §. I. num. 179. Cevall. d. q. 11. num. 1. Leotard. num. 47. quæ licet sit communis sententia, ac de juris rigore verior, opposita tamen æquitate suadente tenenda est, cum D. Covarruv. & Molin. disp. 334. num. 11. Tusch. d. concl. 342. num. 4. Est enim privilegium pia cause, ut qui de jure testamento factio parentis, ad illius favorem testari valeant. Tiraq. de privileg. pia cause, privil. 79. Hoc ita verum, modò fænator & usuras restitui præcipiat, & præmissis vera pœnitentia signis decedat, ut præcitatit advertunt, aliqui sicut ab usurario vivo non admittit Ecclesia oblationes, nisi pœnitentia, cap. Quia in omnibus 3.

de usur. Leotard. latè d. q. 100. num. 34. ita ab eo relicta post mortem rejici debent.

Usurario manifesto, si testamentum non valeat, succedunt legitimi hæredes. Tusch. num. 19. Spin. n. 23, qui si bona per usuram quæsita reperirent, quorum dominium defuncti non fuit, dividere prohibentur, eaque creditoribus, qui ea tradiderunt, si extens, vel pauperibus sunt restituenda, l. 2. tit. 15. p. 6. ubi Greg. Lop. gloss. 9.

Tandem obseruandum cum Leotardo num. 50. 90 & 51. & aliis quos laudat, quod si fœnerari aliquis probetur, qui non exigit adhuc usuras, non est atriatus ad idonee cavendum, ut testetur validè: oportebit tamen ut usuras debitoribus remittat, & eas exigere hæredibus prohibeat.

SUMMARIUM.

- 1 *Interesse lucri cessantis, ac damni emergentis ultra sortem exigere omni jure licet creditori.*
- 2 *Quæ desiderantur conditiones, ut licet percipiatur.*
- 3 *Legis Curabit, C. de action. empt. ratio traditur.*
- 4 *Est juri, ac naturali rationi consona.*
- 5 *Procedit nedum in emptione, sed & in aliis contractibus, ac in iudicis.*
- 6 *Ujurum divisio, & que licita, aut illicita sint, & num. 7.*
- 7 *Usuræ ex d. l. Curabit, juxta Jus Civile, non erant compensatoria, sed jure Pontificio sic, quo diverso modo debentur.*
- 8 *Vendor qui non habita fide de pretio rem tradidit, licet exigit usuras, seu interesse, quantum empator fructus ex re empta perceperit, dum pretium non exsolvit.*
- 9 *Hoc de jure Pontificio, nam Cesareo usuræ fructibus non corresponebant.*
- 10 *Utrum decisio dicta legis Curabit, habeat locum si res sterilis tradita sit empori, & num. 12.*
- 11 *Minor si rem vendat etiam sterilis usuras pretii consequitur, donec solvatur, nisi empator minor quoque sit.*
- 12 *Si ex re tradita empator aliquod commodum extrinsecum percipiat, non ideo ad usuras ex dicta lege Curabit, tenebitur: secus si ancilla peperit.*
- 13 *Vendens, ac tradens rem frugiferam, non accepit pretio, agere solam potest ad usuras ex dicta lege Curabit, non ad interesse danni emergentis, aut lucri cessantis.*
- 14 *Ampliatur eti empator interpellatus non solvatur, & quid hodie.*
- 15 *Fructus quomodo computandi, ut empator illorum estimationem reddat pro interesse venditori, & num. 18.*
- 16 *Quid si nullus fructus empator perceperit, & num. 21. & 22.*
- 17 *Ex lege Curabit, bodie vendor poterit exigere fructuum estimationem, eti hac pretii superet quantitatem.*
- 18 *Dieta legis Curabit, dispositio procedit, sive vendor dominium rei traditæ retineat, sive illud in emporum transferat.*
- 19 *Lex Sicut empator, §. ult. ff. locat. interpretatur.*
- 20 *Vendor concedens tempus ut premium solvatur, non agit intra illud ad usuras ex dicta lege Curabit.*

- 21 *Patris Molinæ doctrina declaratur.*
- 22 *Distinguitur conclusio tradita.*
- 23 *Eadem conclusio limitatur, si conveniret ut pendente dilatione ad solutionem pretii empator usuras præstet juxta fructuum estimationem.*
- 24 *Limitatur dupliciter.*
- 25 *Licet mutuanti pacisci, ut donec pecunia redita sit, debitor ad interesse damni emergentis, aut lucri cassantis tenetur, quod contigerit etiam intra tempus ad solutionem concessum.*
- 26 *Post moram debetur creditori utroque in foro interesse lucri cessantis, ac damni emergentis; sed antea non, nisi conveniret ita.*
- 27 *Creditor qui vendidit, ac tradidit, jure convenit de annua quantitate præstanda dum illi non solvitur pretium, quanquam dilationem concedat, & n. 37.*
- 28 *In foro externo probari debet, quod fructus percepti responderunt promissis quantitatibus: & quid in interno servetur, & n. 36.*
- 29 *Promissio de annua quantitate pro interesse non valer, nisi probetur saltem per verisimiles conjecturas tantum damni sustinuisse creditorum, quantum promissum est.*
- 30 *Quid si in regione interesse sit more taxatum.*
- 31 *Emptor debitor quantitatibus, quam promisit dum pretium non solveret, an liberetur, nullis perceptis fructibus ob sterilitatem.*
- 32 *Licet convenire, ut ex quantitate pretii non soluti census constitutur super bonis emptoris, donec pecunia solvatur, eti redditus fructuum estimationem excedant.*
- 33 *Utrum talis contractus subsistat juxta Bullam Pii V. & n. 41.*
- 34 *Premium censum in Hispania est auctum.*
- 35 *Vendori permisum est locare fundum venditum emptori, ut pensionem solvatur quandiu pretium non exhibuerit.*
- 36 *Pensione fructus excedere non debet.*
- 37 *Utrum empator qui locavit, cogatur solvere pensionem, eti fructus non capiat ob sterilitatem, & n. 46.*
- 38 *Vendor qui habita fide de pretio, rem quam tradidit, iterum pro pignore accepit, an fructus debeat in sortem imputare? & n. 48.*
- 39 *Quid si non eadem sit res vendita, sed alia emptori pignori detur.*
- 40 *Abbatis consilium reprobatur.*
- 41 *Vendori qui rem tradidit, debentur usuræ ex lege Curabit, donec premium solvatur, eti ille non adimplat quæ in contractu promisit.*
- 42 *Ampliatur.*
- 43 *Tradens partem rei, nullo pretio recepto, pro rata usuras percipiet: & quid si empator offerat premium, & vendor aliam partem tradere renuat.*
- 44 *Ut vendor exigit usuras ex dicta lege Curabit; vera debet intervenire traditio.*
- 45 *Si vendor rem, & empator premium retineant, nullæ interveniente mora, nec usuræ pretii, nec fructus rei debentur.*
- 46 *Utrum hoc procedat de Jure Civili?*
- 47 *Contractus perfecto, an ad emptorem, vel venditorem fructus rei vendita pertineant, & num. seqq. & n. 73. & 74.*
- 48 *Emptor fructus petere potest, oblatis pretio, & usuris: vendor non valet agere ad usuras, sed excipere ei permititur.*
- 49 *Limitatur, & num. 62.*
- 50 *Post moram emptoris vendor agit ad interesse,* & si nullum patiatur detrimentum fructus sibi retinet.
- 51 *Quid jure communi servetur.*
- 52 *Post moram emptoris fructus ad quem spectent Jure Canonico, & Civili.*
- 53 *Emptore perium offerte, si vendor rem non tradat, tenetur ad fructus perceptos, & quos empator posset percipere.*
- 54 *Emptor fructus lucrat, licet premium non solvat; ob moram vendoris, & num. 69.*
- 55 *Post moram vendentis ipse rei periculo, subiectur, & interesse intrinsecum, non extrinsecum præstat.*
- 56 *De intellectu legis Fructus 13. C. de actionib. empt. & n. 71. & 72.*
- 57 *Petri Barbosa opinio refutatur.*
- 58 *Agitur de cuiusdam Castrensis opinionis effectu, ac praxi.*
- 59 *Emptor solvens partem pretii, agere ad fructus rei non tradita post rata potest, ac de certa quantitate correspondente pacisci.*
- 60 *Declaratur, & num. 79.*
- 61 *Vendor si nihil ex pretio recepto, partem rei tradiderit, pro portione usuras, seu fructuum estimationem jure petet.*
- 62 *Si Procurator fundum propriâ pecunia domini nomine emerit, nec usuras pretii, nec fructus rei lucrabatur.*
- 63 *Quid si procurator damnum ex fundi comparatione senserit.*
- 64 *Promittens vendere, si pretium accipiat ante contractum, tenetur ad usuras, sive fructuum estimationem ex dicta lege Curabit. Et quid si pars pretii solvatur, ibid.*
- 65 *Rejiciuntur opinio contraria.*
- 66 *Factum de emendo, ac vendendo, quos effectus producat, & an ex eo actio competat?*
- 67 *Si promittens vendere tradat rem, nihil pro pretio accepto, exigit usuras, seu fructuum valorem.*
- 68 *Lex Curabit, obtinet locum in pacto de vendendo, & aliis omnibus casis, ubi eadem ratio aequitatis reperitur.*
- 69 *Actio ex dicta lege Curabit, transit in cessionarium, quod cum distinctione accipiendum.*
- 70 *Legis Curabit, equitas in utroque Jure servatur, sed diversimode.*
- 71 *Lex Curabit, procedit etiam in emptore solvente premium ante rei traditionem.*
- 72 *Eadem lex tam in immobilibus, quam in immobilibus procedit. Usuræ peti possunt jure actionis, ac officio judicis. Actio non prescribitur nisi tringita annorum lapsu.*

CAPUT IV.

Ad Num. I.

- 1 *O Mni jure, ac in utroque foro creditoribus licet ultra sortem lucri cessantis, & damni emergentis interesse percipere, nulla usurarum labē interveniente. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 314. n. 7. & disp. 315. num. 5. Less. eod. tract. lib. 2. cap. 20. num. 69. & 80. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 19. dub. 8. n. 4. & dub. 9. n. 2. Leotard. de usur. q. 71. num. 4. Menoch. de arbit. caju 119. num. 1. Carleval. de judic. tit. 3. disp. 8. num. 37. Petr. Barbosa in l. 2. part. I. n. 44. ff. solut. matrim. Caroc. de locat. rubric. de lucro cess. moro. in princ. Cenc. de censib. q. 57. num. 1. Cur. Philip. part. 2. lib. 2. cap. 2. num. 5. Amar. variar. resol. 49. num.*

num. 96. Parlador. differ. 118. numer. 11. omissis pluribus, quos abunde congregerunt Hermof. in l. 10. gloss. 4. num. 2. & 3. tit. 1. p. 5. ac Aug. Barbosa collect. cap. Conquebus, n. 6. de usur. Differunt tamen aliqui quoad lucrum celsans, quos sequitur Fachin. controversial. lib. 11. cap. 15. Eos refutat Leotard. ex num. 8.

2. Ut autem id interesse percipi licet possit, quendam conditiones desiderant, de quibus Molin. disp. 316. num. 8. & 9. Leff. num. 73. & 84. Trullench dub. 8. num. 7. & dub. 9. ex num. 3. Filiuc. qq. moral. tom. 2. tract. 34. part. 2. cap. 4. num. 70. & 79. Rebell. de obligat. iuslit. part. 2. lib. 8. q. 6. num. 2. Hermos. n. 298. cum seqq.

Ibi: Hac tamen ratio.

3. Ex iis que proximè laudati docuere de interesse, liquido apparet legem Curabit. s. C. de actis. empt. non procedere ratione lucri celsantis, aut damni emergentis, sed alia aequissimè statutur, quod emptor, cui res vendita traditur ante numeratum pretium, ad usuras illius quandiu non solverit teneatur; alioquin notissima eveniret iniquitas, si emptor & pecunia pretii frueretur, & fructus ex re frugifera preciperet, venditore utraque utilitate carente; nam ille cum istius jactura adversus rationem naturalem locuples fieret, l. Nam hoc natura 14. ff. de condit. indeb. l. I. C. ex delict. defunct. Cod. Fab. tit. de act. empt. defn. 4. numer. 3. Ideo placuit, ut quemadmodum emptor fructus rei lucratur, ita & venditor usuras pretii: sic usuræ respondent pretio; & fructus rei. Cujac. in l. Julianus. S. Ex vendito, de action. empt.

Ad Num. 2.

4. Inde Imperiale constitutionem justitiae commutativa, & naturali rationi consonam obseruant Cujac. & Fab. ubi proxime, Leff. d. l. lib. 2. cap. 21. num. 103. & 104. Trullench sup. cap. 20. dub. 13. num. 3. Guttier. de juram. confirmat. p. 1. cap. 2. n. 3. Merlin. de pignor. lib. 4. q. 102. num. 5. Roderic. de am. redditib. lib. 3. q. 7. numer. 107. Leotard. q. 27. n. 2. Hermos. in l. 28. gloss. 2. n. 25. tit. 5. & alii quam plurimi apud Barbos. collect. d. l. Curabit. num. 2.

Quæ quidem æquitas non solum servatur in emptionis contractu, sed & in aliis correspondi- vis, in quibus est preceptio fructuum, seu alterius utilitatis. Leotard. q. 35. num. 31. Hermos. num. 54. Barbos. num. 24. Cancer. adductis exemplis; var. part. 5. cap. 7. à num. 22. Joan. Lopus in d. l. Curabit. n. 106. Caroc. sup. part. 6. remed. 26. Sed & in judicis obtinet locum. Cabed. decisi. 166. num. 4. Vide inf. n. 86.

Ibi: Quibus accedit, usuras lucrativas.

5. Nonnulli quos refert, ac sequitur Felician. de censib. lib. 1. cap. 3. n. 13. usuras distribuunt in compensatorias, restitutorias, & lucrativas: hæ omni jure prohibentur, de quibus sub capite primo actum: illæ licitæ habentur Molin. disp. 368. numer. 9. Leff. numer. 104. Guttier. ubi proxime, Cancer. numer. 22. Petr. Barbosa in l. De divisione. num. 34. ff. solut. matrim. Felican. sup. Hermos. num. 27. Gait. de credit. cap. 4. numer. 1057. Sed quæ præstantur ex lege Curabit. improprie usuras nuncupari, cum sint rei persecutoriae, observant

Aug. Barbosa ubi proxime, Trullench n. 4. Roder. ubi sup. Imò non esse usuras, nisi lucrativas, præmissa distinctione impugnata, probat Leotard. q. 4. à n. 17. & q. 83. n. 22. ait enim usuram non dari ubi lucrum non est.

Nihilominus inficiari non potest, quin sæpe usurae præstentur in compensationem damni emergentis, aut lucri celsantis, quales sunt dotalis, quæ pro oneribus matrimonii viro solvuntur, l. Pro oneribus 20. C. de jur. dot. de quibus latifissime Leotard. q. 28. Item nauticae, que præstantur in pretium suscepti periculi, l. Periculi s. de nautic. fœnor. de his Leotard. q. 23. Similes sunt quæ debentur ex dicta lege Curabit, pro fructibus rei venditate: de illis Leotard. q. 27. Igittu usuræ non semper lucrum conferunt recipienti, unde recte in compensatoria, & lucrativas dividuntur.

Illi autem quod diximus, usuram compensatoriam ex d. l. Curabit, omni jure probari, non est absolute verum, nam de jure civili hujusmodi usura exigebantur pro quantitate debita, & temporis dinumeratione, juxta modum legibus præscriptum, non habita ratione ad verum interesse: quod in specie dictæ legis Curabit, observat Leotard d. q. 4. num. 20. inferens usuras non præfari de jure communis in fructuum compensationem, quoniam hi illis non commenurantur, sed emptor sive libertatem, sive sterilitatem experiretur, easdem usuras semper pendere cogebatur, ex quo contingere poterat iniquitas usuraria, si plus esset in usuris, quam in fructibus rei venditæ. Quapropter Jure Pontificio eæ non approbantur usuræ, nisi quatenus fructuum utilitatiliter respondent, nec parviter præstantur, sed prout singulis annis fundus, vel res alia fructus reddiderit. Leff. de cap. 21. num. 104. quod strictè loquendo usura non est, sed interesse, quanquam impropriæ usura vulgo nuncupetur, ut jam præmisimus ex aliis.

Vers. Primo deducitur.

Emptor accipiens rem fructiferam à venditore, non habita fide de pretio, donec illud solverit, tenetur ad usuras, sive interesse, quatenus ex fructibus perceperit, licet interpellatus, non sit, nec venditor ex dilatione solutionis ullam jacturam sustinuisse probetur. Mantic. de tacit. convent. lib. 4. tit. 24. n. Mathienz in l. 1. gloss. 5. n. 15. tit. 11. lib. 5. Recop. Caldas de empt. & vend. cap. 23. n. 19. Narbona in l. 15. gloss. 4. n. 34. tit. 18. lib. 5. Recop. Leotard. d. q. 27. per tot. Leff. sup. n. 103. & 104. Aug. Barbosa collect. d. l. Curabit. ex n. 2. ubi plures Osuald. lib. 13. cap. 5. Roder. d. q. 7. n. 73. & 107. Petr. Barbosa in d. l. De divisione. n. 13. & 14. Molin. disp. 368. n. 9. Trentacinq. var. lib. 1. resol. 2. n. 1. & 2. & 3.

Quod præmisimus, scilicet usuras deberi juxta fructus rei venditæ, de Jure Canonico verum habet non de Cæsaraco, quo usuræ legitimæ, id est sex pro contenario, ut docet Leff. n. 111. præstabantur juxta pretii quantitatem, nulla habita ratione ad fructus, quos emptor perciperet. Leff. ibidem, Leot. q. 4. n. 20. & q. 81. n. 23. Quam differentiam inter utrumque Jus adnotarunt Leff. sup. & Leotard. d. q. 83. num. 25. ac prædixi n. 8.

Quæritur num æquitas Constitutionis Imperialis admittenda sit si res sterilis emptori traditur? Et quod ad Jus Canonicum attinet, nulli dubium est, quin usuræ non debeantur, qui cum in compensationem fructuum cedant, ubi hi nec sunt, nec esse possunt, illas exigere non licet, ut sentiunt plures statim recensendi, præstertim Leot. ubi proxime, & q. 27. n. 36. Card. Lugo de just. & jur. disp. 25. scilicet 8. n. 142. Quod

12. Quod Jus Cæfareum quidam, quos congregavit Anton. Gabr. commun. lib. 3. tit. de empt. concl. 4. num. 10. tenent usuras deberi, licet res tradita sit infructifera: quorum sententiam pluribus tuerit Leotard. q. 4. n. 19. & q. 83. ex n. 22. Contrarium sustinent Fachin. controversial. lib. 2. cap. 32. à princip. Petr. Barbosa sup. n. 54. Donell. in l. 2. in fin. Ita est Leotard. d. q. 7. n. 84. Cyriac. controversial. 502. n. 10. Scaccia de commerc. §. 1. q. 7. p. 2. ampliat. 8. n. 170. Mantic. d. tit. 24. n. 14. Hermos. d. gloss. 2. n. 37. ubi alii, August. Barbosa sup. n. 16. & ita est tenendum, nec obstat quod emptor re etiam sterili utatur; non enim hoc sufficit, cum nulla lege caveatur, ut propter ultimam præstentur usuræ, nisi fructuum perceptio interveniat. Petr. Barbosa, & Donell. ubi sup. quibus accedit Fab. in ration. d. l. Julianus. §. Ex vendito, dum inquit: *Sicut è contrario iniquum est, cogi emptorem usuras pretii præstare, si fructus rei venditæ non præcipisset.* Utitur Leotardus authoritate Jul. Pauli Sentent. lib. 2. tit. 17. & Harmenopoli lib. 3. tit. 2. testantium post rem traditam emptorem pretii usuras debere: quod ita accipi debet mora regulari per interpellationem, aut irregulari per fructuum perceptionem intercedente.

13. Communis sententia non procedit, si minor emptori rem sterile tradat, quia ex privilegio ætatis usuras pretii obtinebit, d. l. Curabit. Petr. Barbosa in d. l. De divisione, n. 58. minorum enim debitorum re ipsa irregulariter mora contrahunt dum differunt solutionem: quapropter ad usuras tenentur in l. In minorum 3. C. in quib. casu. in integ. refit. non est necesse. Pichard. disp. de mor. num. 38. Petr. Barbosa n. 55. Escobar. de ratioc. cap. 15. n. 32. Leotard. de usur. q. 82. n. 2. & 3. Quod limitatur si emptor quoque sit minor, ex Leotardo n. 15. at si ex re fructifera fructus perceperit, usuras ex dicta lege Curabit, præstare compelletur. Leotard. n. 17.

14. Quanquam emptor per rem sterilem traditam comparet extrinsecè utilitatem quamlibet, non ideo tamen pretii præstabit usuras, ex l. Curabit, velut si servus haeres instituatur, aut pretium frumenti, seu alterius rei emptæ nimis increverit hoc enim fortunæ, ac negotiationi tribuitur, nec inter fructus reputatur. Petr. Barbosa num. 84. Hermos. ubi proxime. August. Barbosa num. 17. Si vero ancilla tradita pepererit, emptor ad usuras tenebitur; nam etiū homo ob excellentiam naturæ in fructu non sit, l. In pecudum 28 de usur. §. In pecudum, In fit. de rer. divisi. est tamē utilitas, quam mulier naturaliter producit; mulierum enim maximum, ac præcipuum est munus concipere, ac conceptum tueri, l. Quæritur 14. §. 1. de edit. edit. unde pars ancillarum post perfectam emptionem, sicut & fructus fundi, ad emptorem spectare scriptis Jul. Paul. d. tit. 17.

Ibi: Non autem secundum rationem.

15. Venditor tradens rem emptori, pretio non solo, tantum agere potest ad usuras illius juxta fructuum estimationem à die traditionis, non ad interesse damni emergentis, seu lucri celsantis, etiū hoc illorum quantitatem excedat. Molin. disput. 368. num. 9. Hermos. in l. 28. gloss. 2. n. 33. tit. 5. part. 5. August. Barbosa collect. d. l. Curabit, numer. 12. Narbona in l. 15. gloss. 4. num. 32. tit. 18. lib. 5. Recop. Roderic. d. q. 7. numer. 100. Trentacinq. sup. num. 3. & tit. de interesse, resol. 1. num. 20. Leotard. q. 71. num. 10. Diffentiunt alii D. de Faria Nova Addit. ad Covar. Tom. II.

qui apud Aug. Barbos. & Hermos. præter Osuald. lib. 13. cap. 5.

Quam conclusionem ampliant aliqui, licet emptor interpellatus non solvat pretium, & moram regularem incurrit: quod manifeste deducitur ex fin. de peric. & commod. rei venditæ. & ita sententia Trentacinq. d. resolut. I. num. 25. Molin. disput. 368. num. 22. Leff. de justit. & iur. lib. 2. cap. 21. num. 102. & alii quos refert Leotard. num. 13. ipsa tamen contraria sentit num. 15. & 20. cum seqq. ac assentuntur August. Barbosa, & Hermos. ubi proxime, Roderic. numer. 94. & 100. Petr. Barbosa num. 25. & alii apud Leotardum. His maximè refragatur dicta lex finalis, cui respondet procedere in mora irregulari juxta proximam conclusionem: quod quidem potius est divinare, quam interpretari, cum lex generaliter loquatur; quapropter à sententia Trentacinq. quoad Jus Civile non recederet: hodie vero eum usuræ ex d. l. fin. non debeantur, utpote que Jure Pontificio damnantur, licet in venditori post moram regularem agere ad interesse Leotard. numer. 10. Osuald. lib. 13. cap. 5. Nec opponatur, quod hujusmodi usurae compensatoriae, & jam nunc licet reputantur, ut præmisimus; quoniam non approbantur uniformes, sed quatenus interest venditoris, atque fructibus coequantur, ut Leotardus animadvertisit, quare potius interesse, quam usura proprie debeant nuncupari, quod restrictionem recipit, & ampliationem. Videas inferius num. 63. cum seqq.

Vers. Secundò eadem ratione.

Quorum fructuum estimationem pendere debet emptor in specie legis Curabit, in competito non est; nam diversimode sentiunt scribentes D. Covar. hic docuit, inspicendi quantitatem eorum, quos venditor ex re tradita percepit. Aliqui teant repiciendum ad fructus, quos emptor percepit. Guttier. de jur. confirm. part. I. cap. 2. num. 4. Gratian. disceptrat. cap. 716. num. 1. Alii placet computandos esse non solum per emptorem collectos, sed & quos ob suam negligientiam non cepit. Molin. disp. 368. numer. 9. Surd. conf. 101. n. 19. Leotard. quæst. 27. num. 44. August. Barbosa sup. n. 19. quibus refragatur Petr. Barb. in d. l. De divisione, n. 62. assertores non teneri emptore ob fructus, quos ex negligientia non percepit. Alii tandem opinantur, habendam esse rationem fructuum, quos collegit emptor, & quos venditor percepit. Trentacinq. sup. tit. de usur. resol. 2. n. 3. vers. Quævis.

In tanta sententiarum varietate mihi tutius videbatur hoc judicantis arbitrio committere, qui cognitis circumstantiis estimabit, quantum emptorem ratione fructuum præstare oporteat; & cum de interesse venditoris tractetur, id judicis arbitrio relinquat. Menoch. de arbitrar. casu 119. numer. 6. In hac fructuum computatione haberi debet ratio industrie, ac laboris emptoris, & pecunia quam ad culturam expendit; ea enim aliter implicita lucrum posset afferre. Præterea item sterilitatis periculo subiicitur, & ipsius rei, si forte petierit; non enim æquum erit, ut venditor ab his oneribus immuni omnium fructuum utilitatem lucretur: fructus autem esse æstimando computandos, quos fundus regulariter ferre solet, nisi calamitas intercesserit aliqua, ut statim tradetur.

Ubi autem emptor nullos fructus percepit ob sterilitatem, vel calamitatem hostium, aut inundationis, nis, F